

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG_0040

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Albæ speciei lignum multo aptius est ad navigia illa minora, quum facile intumescat & aquam adfugat, sed cito iterum exsiccat, nec rimas agit, e contra rubra lignum gerit magis ruffum, facile quoque intumescit, sed, si siccat, facile finditur, unde alba potissimum colitur, rubraque silvestris habetur.

Tabula Vigesima

Ramum exhibet *Titti*.
Ubi Litt. A. ejus fructum,
B. Vero ejus officulum seminale denotat.

A A N M E R K I N G.

Tittius a *Valent.* in *Amboinae descript.* pag. 221. quoque commemoratur, & in *Tab.* sub No. LV. exhibetur.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Tittius Litorea. Saoly.

HÆc *Titti* species est litorea, truncum gerens multo humilior ac tenuior præcedenti, quique plerumque incurvus est, inclinatus, & haud multo crassior est crure, aliquando autem ad hominis crassitiem excrevit, ejus rami sunt pauci & incurvi, corticem gerentes nigricantem, rugosum, ac nodosi sunt per vestigia deciduorum foliorum, quique medulla fungosa sunt repleti, in horum summo folia copiose locata sunt ac tibi juncta binaque opposita, obliquam efformantia crucem, quæ illis *Titti* quam simillima sunt, sed breviora & flaccidiora, formam habentia plani remi, inferius nempe angustata, superius lata & rotunda, in obtusum apicem definita, novem ac decem pollices longa, sex septemve lata, superne glabra, inferne lanuginosa, plurimis per texta crassis & obliquis costis, petiolis autem crassis & curvis insident, subtus purpurascens, quales & costæ longitudinales sunt.

Flores brevibus crassisque insident pedunculis, qui primo coronam efformant densam, capita acuta sustinentem, quorum longissimum medium est, quæ in flores explicantur, atque illos *Manora* referunt, sed sunt infundibuliformes, seseque aperiant in septem octoque petala extensa & sursum elevata, fordide alba, gratum quodammodo odorem spirantia, sed debilem, ac facillime decidentia, quum filamentum in conspectum venit longum, quod capitulo insidet viridi & in fructum excrevit. Hic semi-adultum refert *Ficum*, vel fructum *Siri Boppar*, sed caseiformis est, viridis, ac demum nigricans, supra circulo cinereo notatus, ac fovea inpressus, ubi & cordiformis est, ac porro repletus medulla fungosa & sicca.

Arboris lignum est album, molle, & inutile: Locis crescit saxosis, seu in litoribus ad declives montium pedes fitis, ad silvæ oram declinans, ac si ab aliis premeretur, & expelleretur fruticibus.

Nomen. Latine *Tittius Litorea*. Malaice a quibusdam *Titti Laut*. Amboinice in *Hitoe Saoly* & *Aylaun Umali*. in *Leytimora Mabecul* & *Aylaun Maccur*, alii illam Malaice vocant *Pamali*, h. e. *Folium infaustum*, quum piscatores hoc folium pro malo habeant omne ad pisces capiendos, si in navigiis suis decidat.

Locus. Hujus sæpe una alterave arbuscula obcurrit in remotis ac folitariis litoribus saxosis, potissimum vero in *Hitoes ora* & *parva Cerama*.

Ufus. Non sunt in usu ejus folia vel lignum, sed, uti dictum fuit, ejus folia ab Amboinensibus piscatoribus maxime exprobrantur, ita ut inter tigna hujus libri hæc arbor numerata sit tantum ob adfinitatem præcedentis *Titti*: Trunci vero cortex in re Medica habet usum, ejus enim fructum ad digiti longitudinem in diametro cum paulo majore quantitate corticis radicem *Soci Saxatilis*, aquæ incoctus & propinatus, inveteratam curat *Dysenteriam*, quod medicamentum institutum fuit in trienni infante meæ familiæ, qui per tres menses *Dysenteria* laboraverat, ac frustra pluri-

Het hout van 't witte is veel bekwaamer tot praauwen, om dat 't wel ligt opzwelt, en 't water inzuygt, maar ook weder ligt opdroogt, en niet scheurt; daar en tegen 't roode geslagt is roffer van hout, zwelt mede licht op, maar in 't droogen scheurt het, daarom werd 't witte meest aangeplant, en 't roode voor wilt gehouden.

De twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Titti-Boom*.
Alwaar Litt. A. de vrucht aanwys, B. De Zaat-korrel.

O B S E R V A T I O.

De *Titti-Boom* wert by *Valent.* in de beschrijving van *Amboina*, p. 221. mede vermeld, en op de Plaat onder No. LV. verbeeldt.

XVI. H O O F D S T U K.

Strand Tittie-Boom.

Dit is een strand-geslagte van *Titti*, veel lager en dunner van stam dan de voorgaande, die ook meest krom is, en voorwaarts bellende, niet veel dikker dan een dye, zomtyds als een man, de takken zyn weinig en krom, swartachtig van schorsse, ruyg en knobbelachtig van de littekenen der afgevalle bladeren, van binnen met een woos merg, aan 't uitterste der zelfverstaen de bladeren digt agter malkanderen, twee en twee tegens malkander, en een schuyns kruys makende, dezelve zyn die van *Titti* meest gelyk, dog korter en slapper, zy hebben de gedaante van 't platte van een riem, te weten agter smal, vooren breed en rond, met een stompe spitze, negen en tien duymen lang, zes en zeven breed, boven glad, maar van onderen woolachtig, met veele dikke en zeer schuynze ribben, staande op korte dikke stelen, die van onderen wat paars zyn, gelyk ook de middel-ribben.

De bloemen komen voort op korte dikke steelen, eerst vertonende een digt kroontje van spitze knoppen, staande 't langste in de midden, waar uit de bloemen werden: De bloemen gelyken die van *Manoor*, dog hebben langere balzen, gemaakt van zeven of agt blaadjes, die wyd geopent staan, en met haar eynden opwaarts gebogen, wyl- wit, eenigzints wel riekende, dog slap en licht afvallende, agter latende een lang draatje, op een groen knopje, daar uit de vrucht werd. Dezelve gelykt een half volwassene vyge, of de vrucht van *Siri Boppar*, kaasvormig, groen, ten laatste rookachtig, boven op met een graauw cirkeltje, en pleyn daar binnen, daar ze ook wat bartachtig is, en voort van binnen met een woos en droog merg gevult.

Het hout is wit, week, en ondeugent: Hy waft op steenige stranden, die aan de voet van 't leege gebergte zyn, even aan de rant van 't bosch voor overbellende, als of hy van de andere ruygte gedrukt wierde.

Naam. In 't Latyn *Tittius Litorea*, in 't Maleyts by zommige *Titti Laut*. Amboinisch op *Hitoe Saoly* en *Aylaun Umali*, op *Leytimor Mahecul* en *Aylaun Maccur*, andere noemen hem in 't Maleyts *Pamali*, dat is ongelukkig blad, om dat de visschers dit blad voor ongelukkig houden om visschen te vangen, als zy het by bun in de praauw hebben.

Plaats. Men vind dit boompje hier en daar een, op afgevallene en eenzaame steenachtige stranden, meest op de Kust van *Hitoe*, en klein *Ceram*.

Gebruik. Het heeft ook geen zonderlyk gebruik, nog van hout, nog van bladeren, zynde daar en boven, als gezegt, by de Amboinsche visschers een gebaat gewas, zo datze onder de timmerboutsen dezes Boeks getrokken is, slegts voor een maagschap met 't voorgaande *Titti*. De schorsse des stams heeft egter nog een medicinaal gebruik, want een stukje daar van een vinger lang in 't vierkant, met ruym zo veel schorsse van de wortel van *Soccus Saxatilis*, in water gekookt en gedronken, geneest de verouderde roode loop, zynde in myn buys aan een drie-jarig kind geprobeert, dat wel drie maanden aan roode melizoen gegaan,

plurima adsumferat medicamenta, hoc autem curatus fuit: Quidam isti decocto addunt Catappæ itam corticem, adulti vero ac fenes primum tantum corticem masticant cum Pinanga & paxillo Zingiberis, succum modo deglutientes.

Hujus species videtur esse lignum quoddam citrinum Ternatenfibus *Bololo Malubi* dictum, Malaice *Bonckus Cuman*, quum *Cancelli* amant hoc intrare lignum, inque eo sese abscondere, mediocris sine dubio erit arbor litorea amplo & cordiformi folio, recens ejus lignum citrinum est, leve, & saporis amaricantis, contritumque propinatur contra *Toepasnay*, quæ Colicæ species est quasi suffocatura.

Ternatenfes *Rizophori* inter arcana sua medicamenta aliud porro servant lignum, *Oepas Daty* ipsi dictum, quod puto idem esse ac illud *Tittii Litorea*, est enim arbor litorea, binos homines alta, folia gerens instar *Cadju Radja*, sed minora, oris sinuosis, fructusque instar *Boa Rauw*, sed nigricantes, ac intus concavos. Albæ speciei folia pallide fuscis distincta sunt venis, nigra vero obscure fuscis, ejusque radix externe & interne nigricat, saporemque habet amarum. Hæc ultima species multum crescit ad Borealem plagam Poorto in *Uliasterenfibus* insulis, atque adhibetur contra morbum ipsi *Doty* dictum, quo intelligunt certum incantamentum, si *Magus* alicujus umbram scopis verberet, unde ejus abdomen cum summis anxietatibus intumescit, ex quo cito etiam tales moriuntur homines; sed forte erit veneficium per quoddam toxicum, si sit res naturalis.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Sicchius. Sicki.

Hæc quoque cum *Dabano* & *Samama*, uti supra dictum fuit, una ex crassissimis & altissimis filvestribus arboribus est, truncum gerens rectum, quem vix bini tresve homines complecti possunt. Ejus vero cortex non ita profunde est laceratus, ac ille *Samamæ*, fordide viridis & fuscus, unum vel sesqui pollicem crassus, intus ruber, paucumque exsudans lac viscosum, si incidatur: In marem & feminam itidem dividitur, tota forma plerumque differentes.

Primo: *Sicchius mas* seu *angustifolius*, qui durissimum gerit lignum, & crassiore magisque fuscum corticem quam femina, altissimumque & erectum truncum, foliaque habet inordinate locata, plurima sibi juncta in ramorum utrumque extremo, *Caryophyllorum* foliis quodammodo similia, sed breviora, magisque curtis insidentia petiolis, quatuor pollices longa, binos lata digitos, ad summum latissima, ubi & in subrotundum apicem desinunt, quorum quædam intense flava sunt, rotunda, crassa, glabra, superne obscure nigricantia, inferne flavescantia, plurimis tenuissimis venulis pertexta, horumque ramuli seu rachides nodosæ admodum sunt ac fere pungentes seu spinosæ. Prima foliorum germina rachidibus insidentia florem quasi referunt per incurvos ramulos.

Flores plurimi simul juncti magnis in racemis germinant, qui primo capitula sunt viridia *Viciæ* feminum magnitudine, superius longo apice ornata, quæ sese aperiunt in flosculos albos stellatos & pentapetalos, apex autem iste in ipsorum centro tanquam pistillum locatur, post hos fructus excrescunt rari, qui oblongæ sunt baccæ, minores *Olivis*, diuque virides, sed demum colorem adquirent luteum vitellinum cum fusco mixtum, sub tenui, lenta, & viscosa carne nucleus reconditur oblongus, ab utraque acuminatus parte, rugosus, multisque excavatus foveolis: Hæc baccæ non semper sunt rotundæ, sed aliquando etiam quadratæ.

Lignum recentius æsum gravissimum est, & aqua refertum, unde & *Sicki Ayer* vocatur, sed satis facile exsiccat, ex purpureo rubet colore, sed siccum rufescit, & tandem externe cinerei est coloris, estque molle, nec venis multum distinctum, sed nodosum, ac duræ substantiæ, facile autem cæditur, sed ferræ resistit, estque porro leve, nec durabilis, si nempe in

gegaan, en veele middelen gebruikt hebbende, eindelyk hier van genezen is. Zommige doen by de voorfchreven Decoctie, de fchorffe van *Catappan Itam*, maar oude buyden nemen de voornoemde fchorffe, knauwende die met *Pienang*, een weinig kleene Gember daar by doende, en den zap daar van inswelgende.

Hier van fchynt een zoort te zyn, een bleek ocker-geel hout, by de Ternatanen *Bololo Mahuli* genaamt, en in 't Maleys *Bonckus Cuman*, om dat zig de *Cancelli* of flecke-krabbetjes geern daar in verbergen: Het zal een middelbaare strand-boom zyn, met een breed bert-formig blad. Het versche hout is bleek-geel, ligt, en wat bitter van smaak; gevreven en ingenomen werd gebruikt tegens *Toepasnay*, een zoorte van colyk, die opklommen, en verftikken wil.

De Ternataansche Wortel-mannen hebben onder baare secreete benamingen nog een hout, 't welk zy *Oepas Daty* noemen, dat ik gisse 't zelfde te zyn met *Tittius Litorea*, want 't zal een strand-boom zyn, omtrent twee mannen hoog, met bladeren als *Cadju Radja*, dog kleender, met bogtige randen, vruchten als *Boa Rauw*, dog swartachtig, en van binnen bol. De witte zoorte heeft licht-bruynen aderen aan de bladeren, de swarte heeft ze donker-bruyn, wiens wortel binnen en buyten swart is, en bitter van smaak. Dit laatste staat veel benoorden Poorto in de *Uliasters*, werd gebruikt tegens de ziekte *Doty*, waar door zy verstaan een zoorte van betovering, wanneer den Toveenaar iemand's fchaduw met een bezem slaat, waar door hem den buyk met groote benaautheid opfwelt, dat men fchielyk daar aan sterft; misschien is 't een vergeving met eenig gift, zo 't natuurlyk is.

XVII. HOOFDSTUK.

De Sicki-Boom.

It is mede met de *Dawan* en *Samama*, als boven gezegt, de dikste en hoogste Wout-boom, met een regten stam, die twee a drie mannen omvaden moeten. De fchorffe is niet zo diep gefcheurt als van *Samama*, uit den wyl-groenen en bruynachtig, een en een halve duym dik, binnen rood, en een weinig kleverig melk uitgevende, als men daar in kapt. Hy werd in manneken en wyfken verdeelt, meest over 't geheele lyf van malkander verschildende.

Eerstelyk: *Sicki* 't manneken ofte het kleinbladige, 't welk ook 't hardste is, heeft een bruyn der en grovere fchorffe dan 't wyfken, anders zeer hoog en regt van stam. De bladeren staan zonder ordre, en veele agter malkander, meest aan 't voorste der ryskens, de nagel-bladeren eenigzints gelykende, dog korter, en op kortere steelen, vier duimen lang, twee vingers breed, aan 't voorste breedst, met een ronde spits, zommige hoog-geel, rond, dik, glad, boven hoog-groen, van onderen geel-groen, met veele fyn adertjes doorregen, baare ryskens zyn zeer knobbelig en bykans steekelig: De eerste uitspruytzelen der bladeren aan baare ryskens, vertonen een bloem met baare kromme takken.

De bloemen komen voort, veele by malkander gedrongen aan groote trossen, zynde eerst groene knopjes in de grootte van *Wicken* met een lang stielekje boven op, dewelke haar openen in kleene witte gesternte en vierbladige bloempjes, blyvende het voornoemde stielekje in de midden staan, zynde kleen, wit, en gesternt; na dezelve wassen de vruchten weinig in getal, zynde langwerpige beziën, wat kleender dan *Olyven*, lang groen blyvende, ten laatsten worden wat doorn-geel, met bruyn gemengd, onder 't dunne taaye, en lymachtige vleesch, hebbende een langwerpige kori, agter en vooren toegespitst, wat rimpelig, of vol kuyltjes. Deze beziën zyn niet altyd rond, maar zomtyds wat vierkant.

Het hout versche gekapt is zeer swaar en vol water, daarom het ook *Sicki Ayer* genaamt wert, maar droogt redelyk ligt op, is purper-rood, maar besterft strax ros, en ten laatsten van buyten graauw, week, zonder kennelyke aderen, wat quastig, dog van grove substantie, gemakelyk om te kappen, maar de zaage wat tegenstaande, ligt, en niet durabel, te weten, waar 't op bedompte en

voch-